

Sermo

arborum aromaticarum disputationem ad deli-
catis specias ad emissiones cypricuz
nardo: nisi malapunica odore suo nos ad
huc traherent et festinanter ad alia retine-
rent sermonem. Nos malorum puniceorum para-
bola respicit qui regulares celebrantur con-
uentus: qui sub vno continentur ordine qui
si grana sub cortice: Atque vna haec grana
imitemur similiter in coheretia cordis vna
nisi sicut in clusione quaedam ordi-
dis. Hec discreti facie huius sibi mali grana cohe-
rent. numeri singularitate magis distant
quod species distamus et nos ab invicem nume-
ro differetes non animo. Non rixantur invicem
non contra corticem murmurant. non tentant il-
lum pumperere. patienter se sinit eius quasi
filie concludit: ut quodammodo dicere illud
videant. Ecce quod bonum et quod iocundum ha-
bitare fratres in vno. An non fratres in
ordine nostro ac si in cortice punice passio-
nis christi per imitationem cor rutilat.
Denique velut quaedam huius mali grana sunt
qui sibi nationum dicant sub discipline cho-
ri contineri. qui non tam premissi se censent quod
protegi. Absit amor proprietatis. absit amor
privatae potestatis. et huius te mali granum
exhibes. Dicat alij nostro invitati ex-
plo quod bonum sit et quod iocundum habitare in quo-
dam ordo communionis et sub munimine
corticis. Caritas vniat et corripit munit.
Quot videtis ordinata collegia. tot in-
telligite velut quaedam mala punice / que
de fonte fluxere baptismatis. Denique cre-
dentiam ut legimus erat cor vni et aia vna
Et illis quasi granis tantarum congregatio-
num ordinatae vnanimiter viventium: ma-
lapunica perierunt. Illos primos creden-
tium conventus non astringebat adhuc insti-
tutio ordinis: sed instinctus amoris. Non
modo ducebatur vtile: non modo bonum: sed
etiam iocundum habitare in vno sic vngue-
tum quod descendit in barbaram: barbaram Aaron
in ora vestimentis ab ipso capite christo iesu
Qui vivit et regnat per omnia secula seculo-
rum Amen.

Sermo xxxvi.

Multitudines tue
paradisus malorum puniceorum cum
domorum fructibus. Cypricuz nar-
do: nardo et crocus fistula et cynamomum cum
vniuersis lignis libani: mirra et oloe cum

omnibus primis vnguentis. A cypro incipit
dum est. nam ibi terminauimus. Septem hic
annumerantur arbores aromaticae quae dicun-
tur emitti de fonte signato. Et quidem haec
haec videntur verba libri signati. Ita est signa-
ta sunt et obserata. Quid nobis Ihu bo-
ne spose tue laudes proponis: si non quid
tutis intus continentur ipse de promissis. Tu re-
nes clauem huius orti conclusi. tu signasti tu
resigna. tu solue. tu (inquit) solue sepe ista si-
gnacula. Nemo nouit que sunt illa intima
sponse illa abscondita tua quibus adimplet
est venter eius. Nemo nouit illa nisi tu: et
cui volueris ipse reuelare. Vna et nos si-
mus qui facie reuelata gloriam sponse quam ab-
intus est speculari possumus. Magna glo-
ria eius in mysterio numeris nominum
istorum. Et quidem hic (donate domino) quum
inspicere septenarium sacramentum. Septe-
narius autem spiritualitatis aut utilitatem indi-
cat gratiarum. Id enim frequens et visitatum est
in sacris litteris ut septenarius numerus iter
preterea: dona illa que perfecta sunt / et que de-
sursum sunt. Diuisiones gratiarum sunt: et diui-
siones administrationum sunt / et diuisiones ope-
rationum sunt. idem autem spiritus diuides singu-
lis prout vult. Alias alius diuidit: sed in spose
sa quali colligit et offerre vniuersa. Non par-
ticularim diuidunt illi: quasi diuisa sunt in illa.
Alius etiam diuidit et donat. illi non tam di-
uidit quod totum donat. nisi in hoc eum diuide-
re illi intelligas quod se ledi et progatiue con-
fert illi vel in eodem genere gratiarum amplius
vel specialiter in alio. Posset alias arbores
aromaticas enumerasse: sed sufficit septem
propter ea quae dicimus vel spiritualitatis vel
vniuersalitatibus significantia. Nunc arborum
istarum nomina et naturas in discussiones ad-
ducamus. Et sub vmbra istarum imitari iocun-
dum videtur et fructus earum dulcis erit gut-
turi nostro. Umbra figuram ipsam intelligo
fructum veritatis earum. Quos non dulcis sensu
um fructus qui ipsa verborum grata sunt folia
Et scitis quantum auditum in se dat affectio-
nem tam dulcium frequentia vocabulorum. Po-
terat ad promouendum affectus ista sufficere.
Sufficit quidem affectui simplicitas istarum
nam intellectui sufficere nequit. Nos geren-
dus est et ipse qui palci vult sensuum veritate.
Dulciter audit haec dulcium inculcatio ver-
borum. Cypricuz nardo: nardo et crocus / fi-
stula et cynamomum: mirra et aloe. Absit